

R I M E  
I N O C C A S I O N E  
DELLA STRAORDINARIA ZELANTISSIMA  
VISITA FATTA NEL TERRITORIO  
D I B E R G A M O  
ALLE PARROCCHIE AGGREGATE  
A L L A P I E V E  
D I B R I V I O  
*Dall' Eminentissimo, e Reverendissimo*  
SIGNOR CARDINALE  
P O Z Z O B O N E L L I  
A R C I V E S C O V O D I M I L A N O .



---

IN BERGAMO, Per Giovanni Santini. MDCCLIV.  
CON LICENZA DE' SUPERIORI.

*Ad Antonium Thomam Vulpium  
Parocum Villæsolius*

*Hyacinthus Pisanus C. R. S.  
Parocus Sanctæ Mariæ Secretæ.*

**C**Andide ter citharam pulsare agressus Amice  
 Ut cæpta est rudibus tangier articulis  
 Vocem, quam loqueretur anus dehin fama, negavit,  
 Reddens nescio quid ter rude, & horridulum.  
 Ipsa gravis curis mihi mens, defuetaque doctas  
 Jamdudum Aonio ex colle vocare deas,  
 Abnuit Heroum numeris ingentia facta,  
 Laudesque altifonis tollere carminibus.  
 Quæ cum ita sint, anime, Vulpi, pars maxima nostræ,  
 Define velle meæ pignus amicitiaë.  
 Define jam nostras optare in carmina musas;  
 Namque tuis, Vulpi candide, qui potero  
 Sat desideriiis facere, aut quo carmine dicam  
 Undantem toto pectore lætitiã,  
 Quæ tibi continuò, populisque adrepere visa est,  
 Splendida quos vitreis Abdua lambit aquis,  
 Quorum parva tibi modo pars est tradita; celso  
 Mox

Mox tua erit virtus conspicienda loco:

Hoc erat in fatis: volventur sæcla, secundis

Mox gens gaudebit postera numinibus.

O bene servati pueri, innuptæque puellæ;

O bene servati ad tempora nostra fenes!

Omnia enim invicto lustrat loca qui pede Pastor

Sedulus, inque sui pascua cuncta gregis

Fertur, inaccessis seu forte in montibus erret,

Vertice seu collis liberiore cubet,

Seu mage per vastum discurrere gestiat equor

Grex, vel in umbroso deliteat nemore,

Ille novas properare gradum meditatur ad oras

Pastor, & infuetam cogitat ire viam.

Ille nimirum sedet alto pectore: læto

An sua quæque gregi gramine vernet humus.

Aspera non illum terrent, non devia flectunt,

Non illum longæ incommoda multa viæ.

Seu nimbofus eat diuturnos annus in imbres,

Quam vernæ adparent Ethere Plaiades:

Sæviat aut medio progressa canicula cœlo

Quum gravis arentes æstus hiulcat agros.

Cernis ut integræ per tot discrimina vitæ

Impavido volitet per juga summa pede?

At

At non impavido solum, verum & specioso  
 Gressu; nam pacis nuntius almus adest.  
 Omnia pervadit, vigili simul omnia lustrat  
 Lumine: mox aliud vincit iter pietas.  
 Scilicet afflictis properas succurrere rebus,  
 Atque expectatam fers, bone Pastor, opem.  
 Dicite vos Populi immaturo funere quoque  
 Nondum Parcarum sustulit invidia,  
 Dicite quam sacro divina modestia vultu  
 Fulserit, aut quale effuderit eloquium.  
 Dum gravis incessu, cultu, gestuque sacerdos  
 Dirigeret charum ad pascua amæna gregem.  
 Extremis quoties virtus remeavit ab oris  
 Et circum est læta plaudere visa manu.  
 Dicite virtutum quoties chorus adstitit omnis,  
 Visus & est illi cingere utrumque latus.  
 At scelus interea in latebrosum protinus antrum  
 Se se agit, atque humeris vincula mille gerit.  
 Hæc non versiculis cupiunt, sed in acta referri,  
 Quæ suspensa ætas tardior aure bibat.